Jupiter ipse duas æquato examine lances
Sustinet, & fata imponit diversa virorum.

Me verò incuriæ humanæ admiratio percutit: qui motus corporum ad calculos revocamus, iidem motus animorum nobis intimos, nec minus certa lege constantes, obiter percurrimus; de horologio aliquo demonstrationes, de salute tot populorum declamationes habemus. methodum
Ergo impetum sumsi, eo in campo ~~certitudinem humanam~~ periclitandi,
quem nulla pedum vestigia signant.
Nemo idem primus optimus q3 est, levis armaturæ milites exploratum mittuntur; Successus meus audaciæ melioribus, lapsus cautioni erit. Si superbum putas, intătá re ~~certitudinem~~ aliquid polliceri, incomparabilis Baconi Verulamii Angliæ Cancellarii eleganti sententiâ me tuebor.
Quisquis libero manuum impetu rectissimas semper lineas, æquabiles circu-
los,